propheta· celauit me dn̄s· ... e & ple
riq; accipiunt in cael... r manere di
uerbum· inpote... ibus caelestib.us·
in quibus ... unt affectum ... arietatis.
Aliqu... autem de ipsa a... piunt trini
t... quae sola inm... abilis sit; & ideo
in caelo perman... uerbum· id est in
patre· quia u... bum dixit; ego in pa
tre & pater in me·

II· INGENERATIONEM ET GENERA
TIONEM UERITAS TUA·

Multi sunt qui dicantur dii· sed non
sunt· ergo in gentibus· mendacium
est· in ecclesia ueritas·, hanc tamen
ueritatem habuit primo synagoga·
quae habebat eloquia di·; est enim
ueritas & in ueteri testamento· quae
fuit ante populo iudaeorum·
Notus enim in iudea ds̄· Ds̄ autem ue
ritas est·, ergo in iudea ueritas; Fuit
igitur ueritas in patribus·, moyse·
& hiesu naue· in samuhel· in dauid·
helia· heliseo· & in illis septem milibus
uirorum· qui non curuauerunt genu
baal; Sed quia posterior suboles iu
daeorum a patrum moribus deuiauit/
Recessit ab illis ueritas· & ad ecclesiam
uenit; Recessit enim ab illis· quando
dixerunt de dn̄o ihū; Tolle tolle·
crucifige eum· Tradiderunt enim ueritatem· & elegerunt iniquitatem·, Omnes
ergo aliae generationes· ueritatis exsortes;
Omnium hereticorum generationes· non
tenent ueritatem·, Sola ecclesia ueritatem
pio affectu possidet· / Quia generatio iude
orum· quae ante eam possidebat amisit,
Populus ergo iudeorum· prior fidei gene
ratio· & ideo infantior & infirmior,
qui lubrico adulescentiae stare non potuit,
Populus autem xp̄ianus· fidei secunda
generatio; Ideo robustior & uenerabilis·
maturior senectute; Illa generatio legis·
haec gratiae; Unde & alibi ait· Ingenerati
onem & generationem· adnuntiabunt ueri
tatem tuam· SEQUITUR UERSUS

IIII· FUNDASTI TERRAM ET PERMANET
DISPOSITIONE TUA PERMANET DIES·

Quomodo fundauerit ds̄ terram· scrib
tura nos docuit· Dicente propheta·,
Ds̄ sapientia fundauit terram· parauit
autem caelos in intellectu·, Terra ergo
tamquam fundamentum est· in qua con
sistimus· Licet ipsam uel in hiemis cyclio
caeli esse· & is qui foris est ser-no concae
lebret· & scribtura significare uideatur;
Dicente iob· Suspendens terram in nihi
lo· Includitur ergo orbe caelesti· & ideo
sol noctibus non uidetur· / quia gyrando

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0010